

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instrvctorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

De imparitate, & deceptione interueniente in ludo, & de sponzionibus, &  
de lucrifactis in ludo à filijs familias. Cap. XXXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

has promissiones, nihil contra nos.

¶ Respondetur iam tandem ad argumenta Sotii in cōtra ad. i. ex mente eius P. quod sicut ipse ait de contracti bus minus solenibus, qui iure sunt irriti: quod iūra humana nihil aliud volunt quam quod in iudicio tales contractus habeantur nulli: non autē quod ipso facto trāfatio sit nulla: ita dico prædictam legē Matritij nihil aliud voluisse: quam quod tales promissiones in ludo factæ solūdi perditæ in iudicio habentur nullæ & executioni non mandentur, non autem quod sic promissum, si lucrificatum fuerit, & solutum, quod ipso facto translatio sit nulla, eius sententia est frater Iosephus circa interpretationem harum legum annullantium cōtractus, quando exp̄esse vel ex v̄su interpretante non impediūt translatiōnem dominij,

¶ Ad secundum argumentum dicitur, quod lex hæc Caroli quinti annullās has promissiones in ludo nō fuit edita frustra. Tum quia per legem aliam solutum non poterat repeti nisi infra octo dies. At vero lucrū pecuniae ab sensu iam lucranti solutum forsitan ratione nullitatis promissionis, potest repeti post octo etiā transactos dies.

Tum demum quia lex regis & Illefonsi cauerat, ut omnis premissio, vel obligatio etiā facta inter absentes, qua alterum alteri se voluisse obligare constaret valida esset. recopil. no. Igite exceptio istius legis fuit lex Caroli qua cavit pro- ual. leg. His missiones soluendi absentem pecuniam in ludo perditam span. l. 2. li. nullius esse roboris, vel momenti, neque executioni esse 5. tit. 10. mandandas, quare ista lex non est lata frustra, sed de his fatis.

¶ De imparitate, & deceptione interveniente in ludo, & de sponsionibus, & de lucrificatus in ludo à suis familiis.

### CAP. XXXV.

**I**A M finem imposituri materiae ludi: ne quid intra- Q. 5. 1.  
ctum remaneat: reliquas hic prosequemur questio-  
nes, de illa primo inquirentes. Si alter iudentium sit pe-  
nitissimus per suamque peritiam aliquid lucratus fue-  
rit, an illud restituere teneatur? Pro decisione questionis  
subjecimus hæc dicta quorū primū sit, quando ambo col-  
lusores

Iusfores sunt ignoti sibi inuicem, quod peritissimus rur  
lucratur, dum imperitiam aduersarij ignorat restituere  
non tenetur, quia tunc ambo æquali se exposuerūt ale-

¶ Sit secundum dictum, qui comperta iam aduersaria  
modica peritia, longe peritiorem in ludo se esse cogit  
scit: tenetur vel à ludo recedere, vel tantam palmam ad  
uersario concedere: quanta ut par sit vtriusque conditio  
desideratur. Huius sententiae est frater Iosephus. Huic sub  
scribit Nauarrus, ubi ait: quod qui dissimulat se ludi im  
peritum, & cum sit valde peritus, attrahit imperitum, lo  
geve imperitiorem ad ludum: restituere lucrum tenet  
patet hoc secundum dictum, quia alioquin fraudulenta  
lucraretur, quia æquipollent fraudem committere, &  
aduersarium multo inferiorem in scientia ludi pecunia  
spoliare.

Qd.2. ¶ Sed quid si ambo collusores ante nouerant se? Pro  
hoc sit tertium dictum si imperitus perito dixerit, atq  
quidquid à me lucratus fueris, tibi dono: tunc non tenet  
neque vim tibi non sit iniuria. \*

¶ Volenti tur peritior ad restitutionem, patet quia scienti & volen  
tia non est iniuria. ¶ Quartum dictum sit an peritior restituere tenet  
etiam fieri. lucratum etiam si imperitior sciens, & volens accedat ad  
lucrum dona ludū, problema esse videtur. Nam Alcocerus tenet, quod  
etiam: C de nisi imperitior tunc dixerit age ludamus: quia tibi de  
transacti. no quidquid lucratus fueris à me: tenetur peritior ab illis  
1. vers. filij. lucrifacta restituere. Tum quia imperitior in ludo, non  
de iniur. tam liber accessit ad ludum. Quia cupiditas lucrandi  
solet exæcta re imperitos ne aduertant excessum per  
titie aduersarij. Tum quia ille imperitus ludendi non  
vult transferre dominium, nisi secundum leges ludū, ibi  
expositur æqualitas peritiae.

¶ Et licet ista prædicta opinio videatur probabilis, sed  
opposita opinio, scilicet: quod in hoc casu, cum utique  
est sibi inuicem notus de maiori peritia unius, ac de ma  
iori imperitia alterius non obstare hac notitia peritior loc  
facta non tenetur restituere, est probabilior, nisi fallax,  
qua est Metinæ Complutensis: præferrim ubi non multi  
agnoscitur excessus, & etiam si agnoscatur. Patet primo  
ex regula generali iuris, quia scienti & volenti non sit ini  
uria. Igitur cum imperitior ludendi exploratum habue

rit alterius excessum : & nihilominus voluerit ludere,  
amissaque soluere , ei non facta fuit iniuria.

¶ Secundo, quia per hoc quod sciens & volens accessit  
ad ludum, videtur renuntiare legi equalitatis peritiæ in ludo.  
¶ Tertio, quia ratio qua probat Alcocerus suā opinio-  
nem potius est contra ipsam , quia cupiditas lucrandi  
non sic excecat collusorem, vt ludere velit cum eo cuius  
excessum peritiæ perspectum iam habet , quia cupiditas  
lucrandi illum deterret , & admonet ne ludat cum isto,  
quocum est certo perditurus : sed cum alio æquali sibi  
in peritia ludendi. Deinde quia hæc ultima opinio Meti-  
na quā magis amplectimur videtur esse Nauarri <sup>b</sup> quod b Nauar-  
secundum veriorem opinionem lucrifica sine dolo , me- 6.19. num.  
tu, & fraude, etiam ludo illicito, ab eo qui donare potest: 18.  
nō sunt restituenda, sed hic nullus intercessit metus, fraus,  
aut dolus, ergo prædictum lucrum de mente Nauar-  
rinon est restituendum, quia in hoc casu non accipit ali-  
quid ab invito domino , sed ab eo , qui cum ludo , & si-  
ne ludo, ea donare poterat, & deinde quia Nauarrus ibid.  
num. 17. solum ait quod qui suam occultans & dissimu-  
lans peritiam ludi attrahit alium longe imperitiorem ad  
ludendum tenetur restituere lucractum. Quod nō con-  
tingit in hoc casu vbi uterque quoad peritiam vel imperi-  
tiam ludi sibi inuidem est notus.

¶ Tenetur insuper restituere acquisitum ludo, qui fal-  
sis talis, vel cartis utitur legesve ludi cum notabili dam-  
no collusoris transgreditur , quia utitur dolo , & fraude.

¶ Deinde aduertito tria quæ ait Nauarrus fuisse à se  
quesita. Ad quæ suo ordine respondendo, ad primum dici-  
tur, quod peccat mortaliter, qui scienter ait se habere plu-  
ra puncta, quam habeat, quibus lucratur. Secundo quod  
perinde peccat, qui aduertit suum collusorem errore cal-  
culi , dicere se pauciora habere puncta, quibus perdit &  
non monet alium. Tertio peccat perinde qui accipit prio-  
rem locum: quem manum appellant, & quia primus de-  
cipitur, ideo secundus accipit quod iam alter lucratus est.  
Quarto eiusdem culpæ fit reus qui surripit ius aptius lu-  
crandi collusori , quamvis non teneretur restituere,  
quantum ob id lucraretur: sed quantum illud ius prioris  
loci valet. Sicut qui lædit messem non tenetur restituere  
quantum in

quantum illa in area redderet: sed quanti extimaretur in  
 herba, secundum Diuum Thomā, quae quidem predi-  
 c. 22. q. 62. tunc & tantum procedunt: cum damnum notabile in-  
 ar. 4. fertur.

¶ Inspector tamen ludi solum contra charitatem pe-  
 cat, & non contra iustitiam, si non admonet ludener  
 errare computando, vel non capiendo priorem locum  
 id non promisit, vnde restitutioni nō sit obnoxius obil-

¶ Deinde his adiungimus quartum dictum quod Me-  
 tina in sua instructione docet, scilicet quando inter ludū  
 dum quis exponit residuum sortem aleæ quod echando  
 resto fit, ut Hispanice dicitur, etiam si evidenter resciatu-  
 tum residuum se lucrari, nihil tunc tenebitur restituere  
 quia circa hoc æquali periculo, & aleæ (cum hoc eis con-  
 tingit) se exponunt collusores, quia similiiter alia ve-  
 huic, vel illi sic succedit alea.

Q. 6. 3. ¶ Sed iam pro complemento materiae licet transacta  
 in ludo circa lucrum proprie fieri non possit secundi atores, quia transactio proprie est in litis pendentia, in iuribus. Quæritur tamen an in ludo recompensatio perditō ibi fieri possit, scilicet an quia perdidit quis ludū  
 cum minore centum, si rursus lucretur ab eodem minore centum, quos scilicet aureos 100, non poterat à minori lucrari: possit pro recompensatione aliorum, 100, quos se minor lucratuerat, eos 100, sibi bona conscientia retinere. Profecto non est responsio tam in aperte. Igitur pro decisione dicimus primo, qui tenetur relatio lucrifacta in ludo ab uno, non potest compensari cum perditis cum alio, neque contrario.

¶ Secundo dicimus cum perditis cū uno potest ludo  
 compensare lucrifacta ab eodem non solum durante  
 eodem ludo, ad cuius usque finem nihil censeretur lucri-  
 factum, sed etiam in diuersis ludis, etiam si alij sint licet  
 alijs illiciti, siue uterque sit habilis ad donandum, siue  
 verbo, li- bilis, quamuis de rigore iuris in hoc ultimo ubi est ini-  
 dus. q. 17. bilis, contrarium dici posset. Ita Syluester dicit hoc te-  
 c. Nauar. ex æquitate saltem quoad forum conscientia. Cui acci-  
 in Summa dit Nauarrus. Est tamen contra Armillam, verbo ludo  
 Lat. c. 17. q. 8. ubi inquit quod si Sempronius filius familias lufra-  
 num. 18. Petru potenti perdere & lucratuerat est 10. ad scacos: si po-

modus

modum ludit cum eo ad cartas & perdit. 1o. non potest Petrus facere pro à se perditis recompensationem: sed tenet restituere. 1o. quia filius familias ludendo potest patri acquirere: sed non potest acquista distrahere sine licentia patris. Additque ibi Armilla, quod hæc opinio si bi videtur verior & tenenda.

Sed tamen opinio opposita Sylvestri quam secutus est Nauar. potest tute teneri: & patet quia æquitati ratio- f Probabi-  
nis innititur quod si patri filius familias acquirit in ludo, tur argum.  
quod etiam si filius familias totidem perdidit, atque lu- quod no-  
cratus erat, eius collator, cum isto lucro ultimo possit si- tat Panor  
bi recompensare ex æquitate totidem quæ perdiditerat. mit. in c. fi-  
& iam filius familias patri suo acquisierat, & tradiderat, lius. de te-  
nam ex æquitate naturali, pater qui sensit lucri commo- stam. & in  
dum, debet sentire & hoc onus Secus est (vt reor) quan- cap. ex par  
do parti de lucro primo nihil obueniat, quia filius lu- ce de cœsib.  
trans id dissipauerat, & prodige insumpserat. Tunc ye-  
not est Armillæ opinio.

Quæritur in super an qui falsis cartis, aut talis, aut dolo, lucratur ab alio, compensare possit, cum iuste perditis à se cum eodem collusore? Respondet Nauarrus, quod in hoc casu opinio contraria, scilicet Armillæ est vera, quia non videtur iustum ut compensentur cum iuste perditis, iniuste & per fraudem lucrata. Neque enim fas est dicere, quia à me Petrus iuste lucratus est decem, que iam ei solui, pro recompensatione illorum volo nūc mihi retinere & hæc decem, quæ per fraudem, & dolum his cartis falsis ab eo lucrificeti.

At vero Metina Salmanticensis in sua instructione ait, quod qui lucratus est à pupillo, 100. argenteos, quos lucrarinon poterat, si in eodem ludo colludendo cum eodem pupillo, eos amittit, non tenerur, si eos tūc soluit, eos iterum restituere eo quod ab imponente perdere eos lucratus fuerit & in hoc omnes conueniunt, si fiat in eodem numero ludo, & credo idem diceret cum Sylvestro, & Nauarro, si cum eodem pupillo luderet, & in alio ludo amitteret quod priori ludo ab eodem lucrifecerat, quia iam per solutionem perdit in secundo ludo, quod lucratus est à pupillo in primo, ei satisfacit, & recompensat. Se-  
cundus est inquit Metina si decem quæ lucratus est à pupillo  
II. Pars F.L. Lopez instr. Conf. o lucra ns

Qd. 4.

lucrants rursus cum aliis ludens perderet, quia manens  
adhuc obnoxius ad restituendum pupillo, etiam si pupil-  
lus ille illa renuat accipere allegans sibi dedecori esse  
la recipere, quia restituenda sunt eius tutori, & si fuerit  
lius familias eius patri.

Q. 5. ¶ Sed iam tandem peruenimus ad dubium de sponso-  
nibus in aliquem euentū incertum, nam hic accidit quod  
dam effigies ludi licet non sit proprius ludus. ¶ Ista mutu-  
sponsio in talem euentum Hispanice dicitur *apuesta*. Ig-  
tur ad dubium dicimus primo in his sponsonibus qui  
sciens à se assertum esse verum, id dissimulat ut alium  
sponsonem inducat, tenetur restituere sic lucrificatus  
ex ista sponsione, quia non sine dolo eam facit.

¶ Secundo dicimus, qui talem sponsionem sine dolo  
facit nihil certi sciens sed committens se fortunę an eu-  
niat vel non eueniatur, an sit, vel non sit: si lucratus fuerit  
aliquid ex tali sponsione, non tenetur restituere, quia  
talis sponsio nulli iustitiae est contraria, imo est confon-  
dus. *l. si quis legi, & neque peccant id lucri ferentes mortaliter, hec  
ff. de rebus secundum Maiorē, & Adriaeum videatur veluti lucrum  
cred. si cer. cordidum, quia fere semper est liberalitati contrarium,*  
*& l. à Ti- ita Nauarrus cap. 17. num. 18.*

*tio. de ver-* ¶ Tertio dicimus cum Metina in sua instructione lo-  
bor. oblig. co citato, quod cum quis de euentu aliquo certificat ab  
qui vt incredulus id non credit, sed facit sponsionem &  
cendo non ita esse, recte de euentu certus fert lacrum po-  
stea ex spōsione, vt verbi gratia accommodat exemplum.  
Ait unus ego vidi Petrum, quem vere vidi venisse à foro  
replicat alter proculdubio, non vidisti, quia nondum ve-  
nit. Adiicit primus credito mihi, quia hisce oculis eū ab-  
uentantem intuitus sum, & simul cum hoc alter propo-  
ruit sponsio que facit super eo quod non venerit, op-  
er. *ff. de reb. mo iure, quia eum certioravit, ab incredulo & spondeo  
credit. l. ad te potest reportare lucrum sponsionis, ita Metina, qui  
presens. & illud veluti ex stultitia voluit dare, quia ibi neque inca-  
ff. de verb. cessit, fraus, nec inuitus spondit.*

*obli. l. à Ti* ¶ Demum hoc genus ludi sponsionū, id est de las apo-  
tio. Paulus *itas: b* etiam si super re illicita fiat, vt. v. g. si de dicendo pa-  
Alexā. & tri verbum ignominiosum paciscantur, scilicet si quis co-  
Ias. ibid. xerit alteri spondeamus quod non sis ausurus pati ver-  
hoc

hoc iniuriosum dicere, si alter acceptans hanc sponsio-  
nem verbum contumeliosum dixerit, patri: lucrabitur  
sponsonem, nec eius restitutioni manebit obnoxius, ita  
frater Iosephus, quæ quidem assertio licet nō careat scrupulo  
quatenus spōsio sit super re tertio iniuriosa: tamen  
secundum sententiā Nauarri, Angeli, Sylvestri D. Antoni,  
poterit sustineri licet videatur contra cōmūnē, quia lice-  
res sit prohibita: sed nō videtur impedita trāslatio domi-  
nij, quia voluntaria fuit, hæc est Alcoceri. Vnde infert Al-  
cocerus, quod etiam si sponsio, & contentio sit super rem  
alioquin licitam de se, licet sub pœna excommunicatio-  
nis sit prohibita, quod tali conuentione acquiritur, & re-  
tinetur iure quidem acquiri, & retineri dicitur.

¶ At nec illa quæstio omittenda videtur, cuius memi-  
nit Corduba: utrum Petrus, & Ioannes possint conueni-  
re sic in contractu societatis in ludo quatenus Ioannes  
ludat, & Petrus exponat certam summā pecunia ludendā  
periculo amissionis. ¶ Respondet Corduba ibi dum lu-  
dus sit licitus absitque vis, & fraus: ilta conuentio non est  
damanda absolute, licet non appareat tam honesta: dum  
præiustitia, & partitionis seruetur, iuxta consuetudinē,  
& arbitrium bonorum virorum, & demū si talis sit ludus  
vbi lucrificum non sit necessario restituendum: nisi alia  
circumstantia adhibeantur casui, quibus merito veniat  
reprobandus.

¶ Sed utrum dispensari possit hic super voto de non  
ludendo ludo illicito, vel super tali iuramento: dicitur  
primo ad quæstionem authore Nauarro quod Pius quin-  
tus noluit super tali casu dispensare, quia videtur nulla  
causa sit dispensandi. Sed tamen fatetur Nauarrus posse  
talem obligationem voti, & iuramenti in aliam rem ma-  
gis acceptam Deo per ordinarium, sive per alium ex pri-  
uilegio habentē autoritatē, commutandi cōmutari licet  
malitia illiciti ludi per hoc non tollatur. De his satis.

¶ De authoritate, & titulus imponendi tributa, & quomodo  
sunt soluenda præsertim vestigalia, portoria, tributa, pecho  
Hispanice nuncupata.

#### C A P. X X X V I.

Cum omnia restitutionis, & furti materiam diffiniens  
dā suscepimus, & hæc quæstio quæ in hac materia  
o 2 celeber

Q. 6.  
i Cordub.  
in tract. de  
casib. con-  
scientie. q.  
76.

Q. 7.

Q. 1.